B. N. C
FIRENZE
1019
34

1019. 34

DE CALETO RECEPTA ET REBVS A FRANCISCO LOTHARINGO DVCE GVISIO, AVSPICIIS HENRICI II. GESTIS,

CARMEN ELEGIACVM.

A 1



1019. 34
BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

PARISIIS,

Apud Federicum Morellum, *in uico* Bellouaco, *ad urbanam* Morum.

1558.

DE CALETO RECEPTA, ET REBVS A FRANCISCO LOTHARINGO DVCE GVISIO, AVSPICIIS HENRICI II. GESTIS, CARMEN ELEGIACVM.

I Tala qui culpat, GVISI, *tua caſtra, colorẽ,*
  Q *ui niue candidior, iudicat eſſe nigrum.*
C *ùm ſuperas alpes* Borea *bacchante rigẽtes,*
  E *t ſeruas* Romam, Pontificémq; *ſacrum.*
S *æpè laceſſitis nec pugnare hoſtibus auſis,*
  H *uc redit incolumis, te* Duce, *tota cohors:*
C *yrum* Aſiæ *ſuperas, quique alpes rupit aceto,*
  Q *uos uehit altiſona laus ſuper aſtra tuba.*
M *illia dena uirûm totum celebrata per orbem*
  R *eddere,* Cyre, *ſuis, cæſus ab hoſte, nequis.*
D *um patriæ,* Roma *miſſa, ſuccurrere tentat*
  A *nnibal, exitio ſe patriámque dedit.*
A *t tu* Tironum, *quos duxti, dena nouorum*
  M *illia, tot reuehis fortia corda* Ducum.
V *t patriæ tetigere tui pia limina, firmas*
  N *utantes, pulſis hoſtibus,* Allobroges:
C *aſtráque* Quintini *ad phanum uictricia terres,*
  M *entéque mutata cogis abire domum.*

G nauiter exequeris deinceps concepta citóque
  M agnanimo HENRICO, Dux melior Fabio.
C unctando afflictam hic rem, tu properando reponis:
  N ec te bruma rigens, nix, glaciéſque tenent:
V t quæ degeneres clades accepta latebris
  A bdit, & infamem cogit inire fugam,
T ela uelut forti cùm ſunt infixa Leoni,
  V incendi addiderit ſpémque animóſque tibi.
E rgo pharetratos premis arcto Marte Britannos,
  Q ui Pelagi in Morinis littora ſalſa tenent.
Q uámque illi undenis obſeſſam menſibus urbem
  V ix expugnarant molibus Herculeis
F rancis extortam, & ſupra duo ſecla retentam,
  S ole capis decimo, reſtituiſque tuis
C aletas bello genus inſuperabile, ſi, quod
  I actabant, æquum credere fasque fuit:
C ùm fluitabit aquis graue plumbum ut ſuber inane,
  C aletas cernes obſidione premi.
V nde ſui, ſi fortè rogas, fiducia tanta,
  E t quid ſecuros fecit & intrepidos?
O ceani rabies quà reſpicit Heſperus urbem,
  A tque Arctos, quà Auſter ſpirat, aquoſa palus.
H inc ualidæ turres, & mœnia cincta profundis
  F oſſis, quas refluæ Thetyos unda ſubit.
A dde quater centum ſolidas ex ære rigenti
  B ombardas, peſtes, artificéſque necis.
Q uæque Iouis tonitru irati fulménque ciebant
  F œta ſalis centum dolia ſulphurei.

Adde ſagittiferos ſuperantes arte Gelonos,
France ſcopus luſu queis feriendus eras:
Adde penum, multos frumentáque condita in annos,
Vt ſileam Attalicas & Babylonis opes:
Quodq́ue recens regi uictoria parta Philippo,
Cum quo iuncta arctæ fœdera amicitiæ.
Quid memorem Flandros uicinos, atque Britannos,
Quos dirimit paruo Doris amara freto?
A quibus extremis ſperabant caſibus, omni
Certa die refluis æſtibus auxilia.
Iſta uiris animos iam longa pace ſupinis,
Suſtulerant, trepidum depulerántque metum.
Percepta hæc, HENRICE, graui tibi uulnere preſſo
Non animi robur nec minuere decus.
Ponderibus ſed Palma uelut depreſſa reſiſtit,
Et contra impoſitum nixa reſurgit onus:
Et Leo Marmaricus de uulnere colligit iras,
Toruus & ulciſci terrificúſque parat:
Caletum cladem, ſic uinci neſcius, urges:
Qui tua feſtinus iuſſa capeſſat, adeſt.
Ardua qui quanquam, atque hominum excedentia uires,
Eſſe ſciat, promptus geſtit obire tamen.
Fortis obit niuis, atque gelu, certique pericli
Contemptor, refluique immemor Oceani.
Vltus ita eſt Latias generoſus Scipio clades,
Exiguo ſpatio Pœna trophæa ruens.
Pharſalicam Cæſar ſic cladem inuicte reponis,
Victoréſque rudes hac ratione fugas.

V t pedicis uinčto primùm, dirùmque frementé
O ceano, portus ſub tua iura uenit.
H inc obiecta urbi & medium cingentia portum
A rdua clauſtra rapis, Riſbanicámque Pharon
P er medios æſtus refluí maris, atque parantis
T éque tuóſque ſuis fluctibus obruere:
Q ueis freti ciues, raptis uelut urſa catellis,
I nſiliunt, acres prælia dura mouent:
P ræcipitéſque petunt triſtem per uulnera mortem:
D eſperant recipi poſſe quæ adempta gemunt.
E rgo ſuppliciter ueniam uitámque paciſci
I nſtituunt. parcis. quæ petiere, facis:
I ncolumes & abire ſinis: prædæ omnis & expers,
I n ſocios largas diuidis hoſtis opes.
S æpius antè alios ſuperaras: uincere teipſum
Cœpiſti hîc, GVISI. *gloria magna tua eſt.*
T e æternis, ſocios fluxis opibus cumulaſti:
N am tua laus nullo eſt deperitura die.
Q uid tua larga manus, quid præmia magna laborum
L audatus miles fortior, attulerit,
F ulta uiris, inſtructa armis, firma arte ſitúque,
B ellica quatriduo GINA *recepta docet.*
O ter fœlicem te HENRICE *quatérque beatum,*
E xcelſa hæc cuius mens grauis auſa capit.
N ec minus es tali legato, Inuicte, beatus,
S trenuus & fortis qui tua iuſſa ſubit:
Q ui tua fortunæ tanto decreta fauore,
I mpiger & tanta dexteritate facit.
T e quoque fœlicem reddit fiducia Regis,

A quo caſtrorum credita ſumma tibi.
S ed nec utroque minus ueſtrum præclara ſenatus
P urpurei fœlix gloria CARLVS erit.
I nſtrumenta parat uincendi, atque intima ſolers
F æcundo euoluit pectore conſilia.
F acundus Regi Neſtor, cordatus Vlyſſes
F ratri, non animi nec rationis inops,
C opulat arma togæ, docet &, niſi ſuppetat urbi
C onſilium, quàm ſit robur inane foris.
E dita ſunt Iani præludia pulchra Calendis:
O pto gradu ſimili totus ut annus eat.
F ortunæ metuenda rota eſt: induſtria ſiſtit
H anc uigil & ſapiens ſola, fugitque uices.
C erno, coniurant ira ſtimulante Britanni,
F lexo pugnaces ære ciéntque uiros.
I ndomitos uideo Phryſios, Batauóſque feroces,
A ttrebatéſque feros, Vangionéſque truces.
V t Lupus eſuriens, noſtrum ſorbere cruorem,
E t lacerare auido uiſcera dente petunt.
D amna parant ſociis ulciſci illata Britannis:
S edulò ne eripiant iam tibi parta, caue.
I mò age, gens redeat ſub auitos Flandra penates,
L egitimum Attrebates accipiántque iugum.
M ittito Parthenopem, Calabros, atque Appula regna:
Hæc contra fortem uerte propinqua manum.
F initima hæc nobis, foribúſque hærentia noſtris,
C ommoda plura ferent, grandius atque decus.
M agnanimo HENRICO, fratri, tibique, omnibus aris
Tum demum à nobis uictima multa cadet.

IN LAVDEM FRANCISCI LOTARENI GVISIORVM DVCIS

IOACH. BELLAIVS.

C ùm bellis attrita diu, propè ciuibus orba,
R oma foret Libyæ *iam ſubitura iugum:*
I *ndomitum* Annibalem *tum primùm poſſe domari*
M *arcellus docuit, ſpemq́ue animúmque dedit.*
C *ùm toties olim uictorem experta* Britannum
G *allia ab* Oceano *iam malè tuta foret:*
G *uiſius auſpiciis nuper melioribus uſus,*
G *alle, tuas urbeis dum tibi reſtituit,*
I *ndomitos docuit ſuperari poſſe* Britannos,
A *tque inuicta prius mœnia poſſe capi.*

Z. 4.18.34
aa 356291

MC